Universitätsbibliothek Paderborn

Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon Prussiae

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCXXI. De Traditione, in qua centum Christiani interfecti fuerunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Visual Library

CAP. CCXXI.

De Traditione, in qua centum Chriſtiani interfecti fuerunt.

ANno Domini MCCLXXXV. quidam Scalovvita dictus (*a*) Girdilo, qui magnæ reputationis quondam ante converſionem ſuam fuerat inter ſuos, jactavit ſe, quod grandius poſſet facere facta contra Lethovvinos, ſi centum viros in armis haberet. Quos cum fratres ei ordinaſſent, exiit cum eis verſus Caſtrum Othekaym, & ſicut iſte traditor præordinaverat, viri de dicto caſtro congregati irruerunt in eos improviſè, & omnes præter paucos, qui effugerant, occiderunt.

ANIMADVERSIO.

(*a*) Girdilonem hunc Kojalovvicius dicit in Lithvania magnis Magiſtratibus functum, poſteà Religionis cauſa in Pruſſiam transgreſſum eſſe *loc. cit.*

CAP. CCXXII.

De Apoſtaſia IV. & vindicta ejus.

ANno Domini MCCLXXXVI. Fr. Th. Advocatus Sambienſis poterat cum Job dicere: quod verebar accidit, quia Barthenſes, qui nuper gratriæ fratrum fuerant reſtituti & Pogeſani & cæteri de Pruſchia, volentes ſecundum ſolitum malitiæ ſuæ conſvetudinem ite-

Anno MCCLXXXVI. Conradus Sacerdos de Almania tranſiit ad terram Lethowiæ ad convertendum gentes ibidem, qui cum moram feciſſet per duos annos ibi, Lethowini ipſum interfecerunt. In loco autem ubi